℞. Florum meliloti siccatorum *uncias tres*  
  
Radicum iridis  
Seminum fœnugreci  
Foliorum absinthii siccatorum  
Gummi ammoniaci  
Myrrhæ . . . . . *ana ... unciam unam*  
  
Radicum cyperi  
Althææ  
Nardi celticæ  
Baccarum lauri  
Florum camomillæ  
Crocii . . . . . *ana ... unciam semis*  
  
Omnium fiat pulvis, per vices sequentibus liquefactis inspergendus.

P p

150 *Classis decima - tertia,*

Ceræ citrinæ . . . . . *lib: unâ*  
 Refinæ  
 Picis albæ  
 Sevi hircini . . . . . *ana ... unciis quatuor*  
 Terebinthinæ venetæ  
 Olei abfinthii . . . . . *ana ... unciis tribus*  
 Fiat ut artis est Emplastrum

*EMPLASTRUM NORIMBERGANUM.*

℞. Olei olivarum . . . . . *lib: semis*

Ceruffæ pulverifatæ . . . . . *uncias quinque*

Ignē lento moveantur & simul coquantur ad Emplastri consistentiam, tūm ut liquefcat adjice

Ceræ flavæ minutim incisæ .. . . . *lib: semissem*  
 Semi frige factis immisce

Olei olivarum modico solutam camphoræ *unciam unam*

Et fiat Emplastrum

*EMPLASTRUM OXICROCEUM.*

℞. Colophoniz

Picis nigræ

Ceræ flavæ . . . . . *ana ... lib: semis*

Simul igne lento liquefcant & ab igne subductis tantisperq; inipissatis, adde

Gummi ammoniaci

Galbani aceto dissolutorum & inspissatorum.

Terebinthinæ . . . . . *ana ... unciam unam*

Tum insperge sequentia pulverifata

Croci . . . . . *unciam unam*

Olibani

Mastiches

Myrrhæ . . . . . *ana ... uncias duas*

Fiat lege artis Emplastrum

*De Emplastris ceratis & sparadrapis. 151*

*EMPLASTRUM DE RANIS  
CUM MERCURIO.*

- ℞. Ranas aquaticas viventes . . . . . *N. sex*  
Lumbricorum terrestrium purgatorum *uncias tres & semis*  
Vini generosi . . . . . *lib: tres*

Infundantur per aliquot horas, dein igne moderato bulliant ad tertiæ partis consumptionem, sub finem adde matricariæ cum floribus

Junci odorati

Stœccados arabicæ . . . . . *ana ... M. unum*

Resideant ad teporem, tum exprimantur & colentur, addendo succi radicum ebuli

Helenii

Olei anethini

Chamæmelini

Liliorum alborum . . . . . *ana ... uncias duas*

Axungiaë porcinaë . . . . . *lib: unam*

Taxi . . . . . *uncias duas & semis*

Pinguëdinis vituli . . . . . *lib: mediam*

Lithargyri aurei tenuissimè triti . . . *lib: unam & semis*

Coquantur simul assiduè movendo ad Emplastri consisten-  
tiam, tum adjice ut liquefiant

ceræ citrinæ . . . . . *uncias sex*

Olei laurini . . . . . *unciam unam & semis*

His ab igne femotis atque tepidis, adde

Olei de spica . . . . . *uncias duas*

Olibani triti . . . . . *drachmas decem*

Euphorbii pulverisati . . . . . *drachmas quinque*

Postremo jam frigescentibus, misce

Terebinthinæ claræ

Styracis liquidæ . . . . . *ana ... uncias duas*

Hydrargyri terebinthinâ extincti & styraci prædictæ  
immixti . . . . . *uncias quatuor*

Fiat S. A. Emplastrum.

*EMPLASTRUM ODONTALGICUM.*

℞. Styracis calamitæ

152 *Classis decima - tertia,*

Tacamahacæ  
 Mastiches  
 Labdani  
 Olibani  
 Benzoini  
 Gummi hederæ . . . . . *ana ... unciam unam*  
 Cinnamomi  
 Terebinthinæ venetæ . . . . . *ana ... unciam semis*  
 Opii  
 Caryophyllorum  
 Nucis moscatæ . . . . . *ana ... drachmas duas*  
 Styracis liquidæ . . . . . *uncias tres & semis*

Syrax liquida & terebinthina in mortario æneo excalefacte liquefiant, tum cetera in tenuissimum pollinem redacta immisce, & formentur magdaleones.

*EMPLASTRUM STROBELBERGERI.*

℞. Araneas viventes . . . . . No. XXX.

Spicarum allii mundatarum . . . . . *uncias duas*  
 Bituminis judaici  
 Salis ammoniaci  
 Resinæ  
 Cerae

Terebinthinæ . . . . . *ana ... unciam unam & semis*  
 Olei spicæ  
 Mastichini . . . . . *ana ... unciam unam*  
 Camphoræ . . . . . *drachmas duas*

Fiat ex arte Emplastrum

*EMPLASTRUM CARMINATIVUM  
STLVII.*

℞. Gummi galbani  
 Bdellii  
 Ammoniaci . . . . . *ana ... unciam semis*  
 Thuris masculi  
 Myrrhæ electæ . . . . . *ana ... drachmas duas*  
 Opii thebaici . . . . . *drachmam unam*

## De Emplastris ceratis & sparadrapis. 153

Dissolutis in aceto scyllitico & iterum inspissatis, adde

Ceræ citrinæ

Colophoniæ . . . . . ana ... drachmas tres

Balsami peruviani

Olei Philosophorum . . . . . ana ... drachmam unam

Olei terræ . . . . . drachmam semis

Carui stillatitii . . . . . scrupulum semis

Terebinthinæ venetæ . . . . . unciam unam & semis

Fiat S, A. Emplastrum.

## EMPLASTRUM STICTICUM CROLLII.

℞. Olei olivarum

Lini . . . . . ana ... lib: unam & semis

Minii

Lithargyrii aurei . . . . . ana ... lib. semis.

Nutriantur simul & coquantur ad emplastri consistentiam;  
affusâ aquæ communis q. s. tum insperge per vices  
Lapidis calaminaris præparati . . . . . libr. semis

Quibus percoctis adjice ut liquecant

Ceræ flavæ

Colophoniæ . . . . . ana ... lib. unam

Vernicis

Terebinthinæ

Olei laurini . . . . . ana ... lib: semis

Paulatim frige factis, adde

Opopanacis

Galbani

Bdellii

Ammoniâ, aceto solutorum & inspissatorum, terebenthinæq;  
immixtorum . . . . . ana ... uncias tres

His probè mixtis, sequentia seorsim pulverisata, novâque cri-  
bratione unita, insperge

Succini

Olibani

Myrrhæ

Aloes hepaticæ

Radicum aristolochiæ rotundæ

Longæ ana... unciam unam.

Q 9

54 *Classis decima - tertia,*

Mumiæ tranfmarinæ  
 Lapidum magnetis  
     hematitidis, præparatorum *ana ... unciam unam & semis*  
 Corallii albi  
     Rubri  
 Matris perlarum  
 Sanguinis draconis  
 Terræ figillatæ  
 Vitrioli albi . . . . . *ana ... unciam unam*  
 Florum antimonii  
 Croci martis astringentis . . . . . *ana ... drachmas duas*

Ex his longâ & continuâ agitatione concinetur emplastrum,  
 addendo ultimo

Camphoræ, paucò oleo solutæ . . . *unciam unam*

*EMPLASTRUM DIASULPHURIS.*

℞. Balsami sulphuris Rulandi . . . . . *uncias tres*  
 Cerae . . . . . *unciam semis*  
 Colophoniam . . . . . *drachmas tres*

Liquatis, adde

Myrrhæ optimæ pulverifatæ . . . . . *uncias tres & semis*


Leviter bulliant & ad emplastri consistentiam coquantur.

*CERATUM MAMMILLARE.*

℞. Spermatis ceti . . . . . *unciam unam*  
 Cerae albæ . . . . . *uncias duas*  
 Galbani, aceto præparati . . . . . *unciam semis*  
 Olei sambuci . . . . . *uncias tres*  
 Fiat ex arte ceratum.

*SPARADRAPUS PRO FONTICULIS.*

℞. Diapalmæ  
 Cerae virgineæ . . . . . *ana ... uncias tres & semis*  
 Olei Amigdalorum amararum *unciam unam*  
 Minii . . . . . *uncias duas*  
 Fiat ut artis est cum linteo sparadrapus.



## CLASSIS XIV.

### *De Usitatoribus quorundam Simplicium Medicamentorum præparationibus.*

**A**NTEQUAM ad operationes Chymicas transeamus, utile duximus nonnullas simplicium præparationes, tum ad correctionem, tum ad mixtionis facilitatem servientes tradere & præmittere.

#### *Corallii & aliorum ejusdem generis præparatio.*

Corallia, succinum, oculi cancrorum, margaritæ, lapides pretiosi &c., solâ trituratione præparantur & primo in mortario pulverifata, dein porphirite lævigari solent, affusâ aquæ rosacæ quantitate sufficienti, donec in pollinem impalpabilem redigantur & in trochiscos efformata in umbrâ siccantur.

#### *Papidis lazuli præparatio.*

In crucibulo primum ignitus, supra porphiritem cum aquâ aliquâ cordiali lævigatus, & in trochiscos formatus, in umbrâ exliccatur.

#### *Tutbiæ, & lapidis calaminaris præparatio.*

Crucibulo igni indito candescunt, dein aquâ extinguuntur, idque tertio repetitur, quo peracto, supra porphiritem affusâ sensim aquæ rosarum vel plantaginis quantitate sufficienti lævigantur, & in trochiscos efformantur, in umbrâ siccandos.

#### *Concharum præparatio.*

Perfractæ, in crucibulo ad albedinem calcinantur & in porphirite, cum aquâ rosarum in trochiscos rediguntur.



## 156 *Classis XIV. de usitatorib. quorundam*

### *Cornu Cervi, ungulae alcis, eboris, cranii humani, & similium preparatio.*

Beneficio limæ in minutissimam rasuram rediguntur, deinde in mortario lapideo teruntur & aquâ quâdam stillatitiâ cordiali in pultis formam coguntur, quæ pasta chartæ albæ imposita & superextensa exsiccat, denuo siccanda pulverisatur, & hoc ter vel pluries repetitur, donec rasura in pollinem subtilissimum redigi queat.

### *Eorundem cornuum & ossium preparatio Philosophica.*

In taleolas secta, collo vesicæ per herbarum distillationem suspensa teneantur, donec friabilia evadant & lævigari, ac in trochiscos ut dictum stringi possint.

### *Butyri maialis preparatio.*

Butyrum sub finem mensis maii recens, insulsum in vase terreo vitreato balnei calore liquatum, à subsidente sero separatum & colatum, idoneo loco ad usum fervetur.

### *Axungiarum preparatio.*

Axungia cujuscvis animalis, recentes, à membranis mundatæ, vase idoneo, ad ignem liquatæ & sine sale reponantur ad usum.

### *Scammonii preparatio.*

Scammonium pulveratum super chartam bibulam ad fumum sulphuris super prunas injecti, continuo movendo usque dum liquefcere & chartæ adherere incipiat detineatur; ac refrigeratum in pulverem redigatur; diagyridium vulgo dictum.

Alias præparationes, ut minus usitatas, nec meliores omittimus, imo scammonium electum & purum cuilibet præparationi non postponimus.

### *Radicum ari preparatio.*

Radices ari debito tempore collectæ, à fibrillis & cortice exteriori mundatæ, in vini albi quantitate sufficiente per horas 24. insulatæ, dein siccatae, ad usum servantur.

*simplicium Medicament. præparation. 157*

*Millepedum & lumbricorum præparatio.*

Aselli vel lumbrici, vino albo suffocati & mundati exsiccantur, & in pulverem tenuissimum rediguntur.

*Scyllæ præparatio.*

Scylla recens candidissima corticosâ parte & radice lignosâ privata, pâta tritici involvatur & in clibano coquatur, donec pâta duriusculam crustam contraxerit, ac festucâ scyllæ corpus per crustæ rimas adacta facile penetret, cujus medulla cribro trajecta, usui fit ad trochiscos scylliticos efformandos.

*Scyllæ exsiccatio ad acetum.*

Scyllas recentes, ab aridioribus tunicis & lignosis radicibus mundatas, per laminas divide & filo trajice, ita ut una aliam non attingat & loco sicco appensas moderatè exsicca.

*Affationes quorundam simplicium.*

Gummi arabicum pulveratum fartagini ferreæ inditum, igni exponatur, continuo agitando donec calore rufescat.

*Eodem modo affantur.*

Gummi tragacanthum  
Semina papaveris  
Portulacæ  
Rhabarbarum &c.

*Aluminis & nitri præparatio.*

Dissolvatur alumen rupeum vel nitrum, in aquæ communis q. s. filtretur, evaporetur, & crySTALLIFETUR, idque ter aut quater repetitur si purius expetatur.



R i

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...


Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...

Pharmacopoeia Duacena galeno-chymica Nobilissimi et Amplissimi Senatus ...






## CLASSIS XV.

### *De Chymica Medicamentorum præparatione.*

**C**HYMIA, Pharmaciæ comes individua & fidelis, ars est concreta solvendi, soluta coagulandi, purum ab impuro separandi ut ad remediorum, tam internorum, quam externorum præparationem apta, tuta, grata & salubria reddantur.

Rationes & scientias corporum naturalium simplicium & mixtorum, non solum contemplando nobis familiares & quasi demonstrativas patefacit, sed & ipsa etiam manuali operatione (auxiliatrices subministrante naturâ, ejusq; emulâ arte pyrotechniæ manus) & intima partium quasi evisceratione, summâ industriâ, cultro suo igneo, interiora eorum pandit & reserat, ut inde Medicamentorum simplicium, tam exoticorum, quam vernaculorum & compositorum ex regno minerali, vegetabili & animali desumptorum naturam, originem, genuinas præparationes, cum earum virtutibus & usu certo, tuto & jucundè eravamo, & doceamur.

Hoc autem sæculo doctiorum ingeniorum feracissimo, plurimi ad solidam sapientiam aspirantes, chymici perscrutandæ (ut naturæ arcana & abstrusa, hæctenus stupenda & pro miraculis habita, sibi perspecta & familiaria redderent) philicæ etiam practicæ & rationabili stabiliendæ se applicarunt: intuper laudatissimo principum plurimorum instituto, Academiæ & scholæ publicæ laboratoriiis instruuntur, ut abdita mundanorum corporum, curiosiori juventutis studiosæ ordini declarata exhiberi, demonstrariq; possint, hinc tanta doctrinæ incrementa percepta sunt, ut ipsi antehac misochimici in illius partes apertè vel tectè ire, & jocunditatem utilitate non minorem chymicas operationes sibi habere sociatas confiteri cogantur.



### DE FERRO SEU MARTE.

#### *CROCUS MARTIS APERITIVUS.*

- ℞. Limaturæ ferri rubiginosæ . . . . *lib: unam*  
 Sulphuris pulverisati . . . . . *lib: duas*  
 Simul in cacabo candente calcinentur ad totalem sulphuris deflagrationem, sæpiùs agitando, donec per aliquot tempus calcinata in pulverem rubicundum convertantur.

*CROCUS MARTIS ASTRINGENS.*

- ℞. Limaturæ ferri . . . . *q. v.*  
 Igne violentissimo eousque reverbera, donec elevetur in crocum lævissimum

*VITRIOLUM MARTIS.*

- ℞. Spiritus vini  
 Olei vitrioli . . . . . *ana ... uncias quatuor.*  
 Simul in vase ferreo mundo reposita tamdiu asserventur, donec cryllalli formentur.

*TINCTURA MARTIS APERITIVA.*

- ℞. Ferruginis pulverisatæ . . . . . *lib. unam*  
 Tartari crudi pulverisati . . . . . *lib. duas*

Misceantur & cochleatim in vas ferreum satis amplum aquâ feruidâ, mediâ parte repletum injiciantur, materiam bullientem continuo spatulâ ferreâ agitando, recentem aquam calentem identidem evaporatâ loco tamdiu adjiciendo, donec venæ nigræ in liquoris superficie appareant & odor vitriolicus nares feriat, vase iterum aquâ calente impleto, & datâ unâ aut alterâ ebullitione, filtratum liquorem per manicam hippocratis, in vase ferreo ad cuticulam evapora, & ab igne remotum & frigefactum, vase idoneo conserva.

*PILA MARTIALIS MEDICAMENTOSA.*

- ℞. Limaturæ ferri mundæ . . . . . *lib. unam*  
 Tartari crudi . . . . . *lib. unam & semis.*

Spiritum vini ad trium digitorum supereminentiam affunde, & ter aut quater per diem materia agitetur, alternis vero diebus nova spiritus vini quantitas adjiciatur, ut probe diluatur in pulvis liquidioris formam materia; hocque toties repetatur, donec tinctura appareat & supereminet, quam decanta & usui pro tinctura martis serva: residuum vero fervetur usque dum (superfluo humido orbatum) globuli efformari possint, in umbra siccandi.

*de Chymica Medicamentor. præparat. 161*

\*\*\*\*\*

DE PLUMBO SEU SATURNO.

PLUMBUM USTUM.

℞. Laminarum plumbi

Sulphuris pulverisati . . . . . ana ... q. v.

Fiat in crucibulo stratum super stratum, ita ut primum & ultimum sit sulphuris, crucibulum igne vehementi impone, donec sulphur omne consumptum sit, crucibulo ab igne remoto & frigefacto, plumbum ustum exime, quod subtiliter pulverisatum & lævigatum servetur usui

SAL SATURNI.

℞. Cerussæ pulverisatæ . . . . . q. v.

Huic affunde acetum stillatitium ad trium aut quatuor digitorum eminentiam, stent in digestionem donec acetum sit probe saturatum, dein aceti decantati fiat igne leni evaporatio ad cuticulæ apparentiam, sic in loco frigido concreverint crystalli in umbrâ siccandæ, residuum denuò ad cuticulam evapora & procede ut antè

TINCTURA ANTIPHTHISICA.

℞. Salis saturni

Vitrioli martis . . . . . ana ... unciam unam


Spiritus vini rectificati . . . . . uncias quatuor

In matraccio vitreo stent in digestionem, donec rubescat spiritus & filtra usui reservandus

S s



*de Chymica Medicamentor. præparat. 163*



DE MERCURIO.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

- ℞. Mercurii crudi . . . . . lib: unam  
Dissolve in aquæ fortis aut spiritus nitri . . . q. s.

Post dissolutionem totalem leni igne, menstruum ad pulveris ficitatem evoca, cum hoc misce æqualem quantitatem salis communis decrepitati, sublimato simul igne fortiori, quousque mercurius instar sublimati appareat in matraccio, sic obtinebis mercurium sublimatum corrosivum.

MERCURIUS DULCIS.

- ℞. Mercurii sublimati corrosivi . . . . . uncias sedecim  
Mercurii crudi per corium trajecti . . . uncias duodecim

In mortario marmoreo aut vitreo misceantur & pistillo ligneo tandiù ducantur, donec mercurius vivus non ampliùs conspici queat, & probè sit extinctus, hinc calore arenæ in phialâ unâ vel pluribus sublimato, itâ ut duæ partes vacuæ sint, eorumque orificia chartulâ itâ obturentur, ut paululùm dehiscant, totus ferè sublimabitur mercurius, phialæque lateribus adherescet, remanentibus in fundo fæcibus, quas unâ cum nigricante materiâ collo phialæ adherente rejice, hinc denuo sublima, idque vice tertiâ repete

PANACEA MERCURIALIS.

- ℞. Mercurii dulcis supradescripti . . . . . q. v.

Septies iteretur sublimatio, fæces in fundo relictas, ut priùs dictum rejiciendo, ultimæ tandem sublimationi in porphirite lævigatæ, affunde alkool vini ad quatuor digitorum eminentiam in vase vitreo per quindecim dies digerantur, materiam sæpiùs agitando, deindè liquorem effunde & decanta, & lento igne in arenâ exsiccetetur

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

- ℞. Mercurii crudi . . . . . unciam unam  
Aquæ fortis . . . . . unciam unam & semis  
Stent in loco calido, donec mercurius sit solutus ac in totum dispareat, solutionem stillatim cum muriâ forti confundito, sic præcipitabitur pulvis albus aquâ calidâ crebro abluendus, donec omnem acrimoniam depofuerit & blando calore inter chartas explicatas exsiccetetur



164 *Classis decima - quinta,**MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.*

- ℞. Mercurii crudi . . . . . *uncias duas*  
 Aquæ fortis . . . . . *uncias tres*

Detineantur super arenam in phialâ vitreâ, donec mercurius sit solutus, dein valido igne fiat evaporatio ad ficitatem

*MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.*

- ℞. Mercurii crudi . . . . . *uncias quatuor*  
 Veneris . . . . . *unciam semis*  
 Solvantur separatim in  
 Aquæ fortis . . . . . *q. s.*

Solutiones mixtas evapora ad ficitatem, digeratur præcipitatum cum aceto stillatitio, filtra & sicca

*TURBITH MINERALE.*

- ℞. Mercurii crudi . . . . . *uncias quatuor*  
 Olei vitrioli . . . . . *uncias sedecim*

Misceantur & retortæ vitreæ imponantur, simulque per horas 24. super cineres calidos digerantur, quibus elapsis inclinato rostro adaptetur recipiens, igne primùm utere lento qui augeatur, donec omnis humiditas sit evaporata, massa alba à facibus separata in aquam limpidam projiciatur, quæ statim flavescet, ab acrimoniâ abluatur, siccetur & ufui reponatur

*ÆTHIOPS MINERALIS.*

- ℞. Mercurii vivi . . . . . *unciam unam*  
 Florum sulphuris . . . . . *unciam unam & semis*  
 Diurnâ agitatione in mortario vitreo ita moveantur, ut mercuriales globuli penitus dispareant & materia in pulverem tenuissimum redigatur, qui asservatus nigrescit

*AQUA PHAGÆDENICA.*

- ℞. Calcis vivæ recenter paratæ . . . . . *lib: semis*  
 Extinguatur in vase terreo cum  
 Aquæ pluvialis . . . . . *lib: tribus*  
 Per octo horas digerantur, materiam per intervella agitando & movendo, aqua supernatans filtretur, cui immisce spiritus vini . . . . . *lib: semis*  
 Sublimati corrosivi pulverisati . . . . . *drachmam unam*  
 Servetur ad ufum.



166 *Classis decima - quinta.*

Notandum quod in modica quantitate fit conficiendum, & in vase bene obturato servandum ne per lapsum temporis vomitivum evadat.

Etiam observandum quod si aquæ primæ & secundæ lotionis antimonii diaphoretici in vase idoneo evaporentur, concreſcent cryſtalli quæ exſiccatae in uſum veniunt ſub nomine anodini mineralis vel nitri antimoniati.

*REGULUS ANTIMONII.*

- ℞. Antimonii ungarici . . . . . *uncias ſedecim.*  
Tartari crudi . . . . . *uncias duodecim.*  
Nitri . . . . . *uncias ſex.*

Scorſim pulveriſentur & trita miſceantur, in crucibulum forte, igni vehementiſſimo impoſitum per vices & cochleatim ingerantur ut fluant, ſuperjiciendo ſtiriam unam aut alteram nitri ut eo magis à ſcoriis regulus ſeparetur, liquefactis omnibus effundatur materia in conum fuſorium calefactum & ſevo illitum ſæpiùs concutiendo ut ad fundum regulus deſcendat qui à ſcoriis regulinis in ſuperiori parte herentibus liberetur.

*REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.*

- ℞. Apicum clavorum quibus ſoleæ equorum affiguntur *uncias oſto*  
Igniantur in crucibulo operculo munito & ſumme candente, ignem urgendo donec totaliter incandefcant quibus adde  
Antimonii pulveriſati . . . . . *uncias ſedecim.*  
Crucibulum tege, & igne intenſiori materiam urge ut inſtar aquæ liqueſcat tum injice per vices nitri puri *uncias tres*  
Injeſto nitro ignem continua ut fluida remaneant donec ſcintillæ ceſſent. tunc materiam in calicem fuſorium calefactum & ſevo illitum effunde, calicem concutiendo ut reguli præcipitatio promoveatur omnibus refrigeratis regulum à ſcoriis ſepara tere & in altero crucibulo funde cui adjice  
Antimonii pulveriſati . . . . . *uncias duas*  
Cum ſimul fluxerint injice paulatim  
Nitri puri . . . . . *uncias tres*

Cum deſlagaverint & nullas amplius ſcintillas emittent, iterum ut dictum eſt in calicem effunde & cum refrixerint, regulum à ſcoriis ſepara & tertia vice pulveriſatum fuſioni committe & adjeſto nitro ignem violentum tamdiu urge donec nitrum conſumptum ſit idque iterum & ultima vice repete & diſſipato nitro ignem ſtrenuè continua ita ut regulus fluat antequam in conum prius calefactum & ſevo illitum effundas quod refrigeratum & ſua ſtella donatum ſerva uſui.

*de Chymica Medicament. præparatione. 167*

*BUTYRUM ANTIMONII ET CINNABARIS.*

℞. Mercurii sublimati corrosivi  
Antimonii hungarici crudi . . . ana .. q. v.

Probe pulverisata & mixta indantur retortæ colli brevis & paulo latioris ad medias instituatur distillatio in arena igne lento donec butyrum ascendere incipiat, tunc augeatur ignis per horas quatuor aut quinque sic prodibit in recipiens primo liquor oleosus qui butyrum liquidum antimonii nuncupatur, alius postea liquor succedit qui admodum ceræ in recipiente coagulabitur qui tunc butyrum seu oleum glaciale antimonii dicitur; si collo retortæ inhæreat cum carbone sive pruna candente collum retortæ calefieri debet ut butyrum liquefactum descendere possit ultimo augeatur adeo ignis supra & infra ut retorta per tres horas fere candeat & habebis cinnabarim quam ex retortæ parietibus colliges & hæc tria studiosè separata ufui servabis.

*BEZOAR MINERALE.*

℞. Butyri antimonii candidi . . . . . uncijs quatuor.

Liquefacto & retortæ vitreæ fatis amplæ immisso affunde guttatim spiritus nitri optimi tantumdem donec effervescencia cesset & butyrum totaliter sit dissolutum, tum retorta in arena collocata & igne gradatim aucto, spiritum abstrahere [ qui spiritus nitri bezoardicus dicitur ] ad siccitatem ferme, massam albilissimam retorta fracta exime & in crucibulo paulatim calcina, donec exsiccata sit, & spiritus corrosivi avolarint, pulverem insipidum vel subacidum nullo fæctore præditum vase vitreo rite obturato conserva.

*FLORES ANTIMOMII ET SULPHUR  
EJUS INFLAMMABILE*

℞. Antimonii subtiliter pulverisati . . . . . uncijs duas.

Indantur cucurbitæ vitreæ quibus affunde

Spiritus nitri bezoardici prius descripti . . . uncijs tres

Simul agitentur & probe misceantur & addito capitello digerantur donec in fundo cucurbitæ antimonium albilissimum conspiciatur, tum materiam in aquam effunde pulvis flavus ad fundum præcipitabitur, aquam lacteam à pulvere decanta & pulverem aqua nova affusa aliquoties edulcora, aquam lacteam in momento semper decantando, donec nullum amplius colorem induat tum pulverem leni calore exsiccatum pro sulphure antimonii inflammabili conserva.

Conjunctis tandem aquis lacteis & per unam aut alteram horam repositis, materia quædam alba fundum petet quæ ab aqua per inclinationem separata, reiteratis aquæ novæ affusionibus dulcoretur siccat & usui servetur pro floribus antimonii in emplastro fictico crollii expetitis.

*TARTARUS EMETICUS.*

- ℞. Vitri antimonii  
 Cremoris tartari . . . . . *ana ... partes æquales.*  
 Pulverifata seorsim, & mixta bulliant per aliquot horas in vase fictili vitreato cum  
 Aquæ fontanæ . . . . . *q. s.*  
 Liquor calens per chartam filtretur exactè & in loco humido reponatur, crystallos circa vasis latera concrecentes separa & iterum humiditate per evaporationem abstracta, novas collige quas siccatas & supra porphyritem lævigatas usui serva.

*ALCHERMES MINERAL GLAUBERI.*

- ℞. Antimonii hungarici per frustula contusi & ab omni pulvere cribro separati . . . . . *uncias sexaginta quatuor.*  
 Indantur vasi æneo satis amplo affundendo  
 Liquoris nitri infra describendi sub nomine alkæst  
 Glauberi . . . . . *uncias sedecim*  
 Aquæ pluvialis . . . . . *lib. octo*  
 Bulliant igne æquali per duas horas tum duæ tertiæ partes liquoris per infundibulum charta bibula munitum filtrentur, nova iterum aquæ bullientis quantitate vas impleatur addendo  
 Liquoris nitri . . . . . *uncias duodecim.*  
 Bulliant ut prius dictum est & iterum duæ tertiæ partes filtrentur & tertio affundantur  
 Liquoris nitri . . . . . *uncia octo*  
 Aquæ pluvialis bullientis . . . . . *lib. quatuor*

Similiter per horas duas bulliant tum liquor omnis filtretur & cum præcedentibus in vase terreo vitreato satis amplo misceantur, per horas 24. liquor subsideat quem per inclinationem separabis, pulverem residuum super infundibulum charta bibula munitum projicies tantundem aquæ bullientis affundendo donec guttæ omnem falsedinem deposuerint pulvis hic in aère siccat & charta exacte separetur, dein in vasculum vitreatum immittatur cui affunde

- Spiritus vini rectificati . . . . . *uncias quatuor*  
 Cujus inflammatione pulvis desiccabitur, desiccato eandem iterum affunde spiritus vini rectificati quantitatem & accende ut prius sicque pulvis siccat & servetur.

*de Chymica Medicamentor. præparat. 159*

*AQUA BENEDICTA RULANDI.*

- ℞. Croci metallorum . . . . . *unciam unam*  
 Vini albi gallici . . . . . *lib. unam & semis*  
 Infundantur in vase vitreo optime obturato sæpius agitan-  
 do & simul ferventur ufui

*TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.*

- ℞. Nitri purissimi  
 Tartari crudi albi  
 Antimonii optimi . . . . . *ana ... part. equal.*  
 Pulverisentur singula seorsim subtilissime & permisceantur,  
 injiciendo de mixtura cochlear unum post alterum in cruci-  
 bulum ignitum usque dum tota materia detonuerit, funde  
 postea igne vehementissimo per horam, dein aliquantulum  
 adhuc calidæ materiæ in vase vitreo impositæ superaffunde.  
 Spiritum vini rectificatissimum ad trium aut quatuor digito-  
 rum eminentiam, vase diligenter clauso per dies aliquot di-  
 gerantur dum spiritus vini probe saturatus & filtro clarus  
 cervetur in vase bene obturato.

*TINCTURA METALLORUM*

*sive lilium paracelsi.*

- ℞. Reguli antimonii martialis supradescripti *uncias duas*  
 Stanni Anglici  
 Veneris seu cupri . . . . . *ana ... unciam unam*  
 Igniatur primo cuprum in crucibulo, huic adde regulum &  
 stannum ita ut cuprum totaliter dispareat, quo peracto in  
 conum fusorium effundantur  
 Tunc hujus massæ recipe . . . . . *unciam unam*  
 Nitri purissimi . . . . . *uncias duodecim*  
 Exacte in pulverem terantur inter se miscendo & successi-  
 vis vicibus conjiciantur in crucibulum candens fluentque si-  
 mul donec massâ conversâ sit in scorias ceruleas viridescen-  
 tes, æque igneam nanciscantur acrimoniam, tunc massam  
 in conum effunde & antequam humidum aeris attrahat in  
 pulverem terito eique affunde  
 Alcohol vini . . . . . *uncias viginti*  
 Stent in digestionem vitro optime clauso per horas viginti-  
 quatuor & spiritus vini; rubello colore tingetur.

V v



DE VITRIOLO.  
GILLA THEOPHRASTI.

- ℞. Vitrioli albi pulverifati . . . . . *q. v.*  
 Dissolve in aquæ limpidissimæ . . . . . *q. s.*  
 Filtra per chartam emporeticam & evapora igne arenæ in  
 vase vitreo ad ficitatem.

VITRIOLI CALCINATIO.

- ℞. Vitrioli viridis . . . . . *q. v.*  
 Calcinetur in vase novo terreo non vitreato donec in mas-  
 sam duram cinerei, coloris abierit, si vero igne extensiori,  
 in coque tandiu detineatur donec omni humiditate privata  
 instar sanguinis rubicunda appareat, colcotharis nomine veniet.

AQUA FORTIS.

- ℞. Vitrioli ficcati  
 Salis nitri . . . . . *ana ... lib: duas*  
 Trita simul misceantur, & distilla per retortam loricatam  
 igne aperto per gradus

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

- ℞. Vitrioli albi  
 Alumnis rupei . . . . . *ana ... uncias quatuor*  
 Tandiu in vase terreo super ignem detineantur donec lapidis  
 consistentiam acquirant addendo sub finem camphoræ pulve-  
 risatæ . . . . . *unciam unam*

ARCANUM DUPLICATUM.

- ℞. Capitis mortui residui ex distillatione aquæ fortis *q. v.*  
 Solvatur in aqua calida, filtretur & evaporetur S. A. in  
 pulverem albissimum.

AQUA STYPTICA.

- ℞. Vitrioli ad rubedinem calcinati  
 Aluminis usti  
 Sacchari canti albi . . . . . *ana ... drachmam unam*  
 Urinæ juvenis  
 Aquæ rosarum rubrarum . . . . . *ana ... unciam unam*  
 Aquæ plantaginis . . . . . *uncias quatuor*  
 Digere & filtra ad usum.

*de Chymica Medicament. præparatione. 171**SAL MIRABILE GLAUBERI.*

- ℞. Olei vitrioli optime rectificati  
 Salis communis in aqua fontis soluti *ana ... Lib: unam*  
 Distilla ex retorta vitrea ad siccitatem cum caput mortuum  
 solve in aqua calida, & filtra liquorem q; filtratum coque ad  
 medietatem vel ultra, repone postea in loco frigidissimo ad  
 crystallisandum, S. A. separa crystallos à liquore cor-  
 rosivo & sicca ad usum.

*OLEUM VITRIOLI.*

- ℞. Vitrioli anglici optimi . . . . . *q. v.*  
 Liqueatur in vase fictili non vitreato, subtus accensis pru-  
 nis. exhalet omnis humiditas, & sic tandem reducatur in  
 pulverem flavum: qui indatur retortæ fictili ignis patienti,  
 in fornace aperta collocandæ. Detur ignis per gradus ad fum-  
 mum usque per triduum, donec recipiens tumultuantibus  
 fumis antea obscurum, clarum evaserit. Liquor stillatitius re-  
 tortulæ indatur, ut in arena, phlegmate separato rectificari  
 secundum artem & seorsim servari possit validissimum &  
 valde ponderosum oleum.

*AQUA SIVE ESSENTIA RABELLI.*

- ℞. Olei vitrioli . . . . . *uncias octo*  
 Impone matraccio satis amplo & affunde desuper  
 Paulatim spirit vini . . . . . *uncias sedecim*  
 Obtura matraccium vase alio  
 Digerantur frigide decem aut duodecim horis identidem  
 vas movendo, tunc impone vas illud super ignem levem  
 arenæ ut liquor per triduum circuletur, tunc permittite ut  
 vasa refrigerent & liquorem in phialam bene obturatam serva.


*SAL SEDATIVUM DOMINI HOMBERG.*

- ℞. Salis capitis mortui ex destillatione.  
 Vitrioli . . . . . *uncias octo*  
 Solve in aquæ fontanæ . . . . . *q. f.*  
 Boracis venetæ . . . . . *uncias duas*  
 Solve etiam separatim in aq font *q. f.* & liquori prædic-  
 to admisce, perfectaque precipitatione filtrentur & evapo-  
 rentur ad pelliculam ut crystallizentur.





*de Chymica Medicament. præparatione. 173*



**D E N I T R O.**

*N I T R U M P U R I F I C A T U M.*

- ℞. Nitri puri . . . . . *q. v.*  
 Dissolve in aquæ bullientis . . . *q. s.*  
 Dissolutum filtra per chartam bibulam & in vase vitreo aut terreo vitreato evapora ad pelliculam tunc vase in loco frigido posito crystallos reperies quas siccatas reserva ad usum, aqua verò relicta iterum ad medias evaporata & in loco frigido etiam posita, crystallos novas præbebit id quod toties repete usque dum crystallos efformabuntur.

*S A L P R U N E L L Æ.*

- ℞. Nitri purissimi . . . . . *q. v.*  
 Liquefcat in crucibulo inter prunas candentes posito & liquefacto injice per intervalla portiunculam florum sulphuris, quoad nitrum à fordibus repurgatum & limpidum appareat tunc tantisper refrigeratum effunde in aliud vas ut coaguletur in lapidem crystallinum.

*S A L P O L Y C H R E S T U M.*

- ℞. Nitri purissimi  
 Florum sulphuris . . . . . *aqua ... part. equal.*  
 Seorsim terantur subtiliter & mixta injiciantur per vices in crucibulum summe candens per quatuor aut quinque horas ignis vehementer vrgeatur donec materia in crucibulo contenta ad colorem griseum reducatur, tùm materiam tere & in aqua calenti dissolve, solutionem filtra per chartam bibulam & evapora ad cuticulam ac in loco frigido crystallifare finetur, vel igne lento, absumpto humido exsicceatur.

*M A G N E S I A A L B A S E U P A -  
 N A C E A S O L U T I V A.*

- ℞. Lixivii nitrosi ultimi in præparatione nitri relicti ( quod communi nomine lixivium maternum indigitari solet ) de quo parvam portionem successive in lebetem vitreatum funde, & lente coque ne alta petat, donec illius lixivii-sufficiens quantitas coagulata sit, quam tandem in forti fusione relinque donec omnes fumi emergentes cessent, hoc magna in aquam pluvialem calidam merge & à salibus nova aquæ affusione diligentissime libera, tunc terra albissima seu ita dicta magnesia ab omni salsedine privata blande exsicceatur.

X x

174 *Classis decima - quinta.**SPIRITVS NITRI.*

- ℞. Nitri purissimi . . . . . *lib. sex*  
 Argillæ exsiccatæ pulverifatorum *lib. octo*  
 Simul mixta & in globulos formata inde retortæ terreae fati-  
 tis amplæ, appositoq; recipiente capaci igne nudo sed ini-  
 tio valdè leni distilla, donec omne phlegma elicatum sit quod  
 rejice & reaptato recipiente juncturisq; luto probe clausis  
 ignem auge ad secundum gradum & post aliquot horas urge  
 ad ultimum donec omnis spiritus prolectus sit quem ad usum  
 serva.

*SPIRITVS NITRI DULCIS.*


- ℞. Spiritus nitri jam descripti . . . *uncias octo*  
 Alcohol vini tantundem indantur matraccio orificii fati am-  
 pli donec effervescentia sit absoluta cavendo à vaporibus,  
 liquor clarus ac limpidus reponatur ad usum.

*ALKAEST GLAUBERI.*

- ℞. Nitri puri . . . . . *q. v.*  
 Liquefac in vase ferreo fati amplo, tum injecto carbonum  
 pulverifatorum cochleari fiet magna ebullitio cum strepitu,  
 quâ cessante iterum carbonum pulverifatorum aliud co-  
 chlear injice idque toties repete donec carbones non am-  
 plius crepitent sed super nitrum igniti sine strepitu consu-  
 mantur tunc materia & ex vase exempta & pulverifata fil-  
 tro chartaceo indita, in loco humido reponatur ad reso-  
 lutionem.



*de Chymica Medicament. præparatione. 175*



DE SALE AMMONIACO.


*SPIRITUS SALIS AMMONIACI.*

℞. Salis ammoniaci  
 Salis tartari per calcinationem parati . . . . . *ana ... lib. unam*  
 Calcis vivæ recentis . . . . . *lib. semis*  
 Scorsim terantur & retortæ fatis amplæ indantur adjiciendo  
 aquæ communis . . . . . *lib. duas*  
 Probe agitatis, retortam in arenâ colloca & recipiente fatis  
 capaci adaptato juncturisque exacte clausis distillentur igne  
 primùm lento, sensim augendo ad spiritus circiter libræ  
 unius prolectionem.

*AQUA SAPPHYREA OPHTHALMICA.*

℞. Calcis vivæ recentis . . . . . *uncias tres*  
 Aquæ pluvialis . . . . . *lib. unam & semis*  
 Calce in aqua extincta & probè dissoluta, liquor per subsi-  
 dentiam clarus separetur in quo dilue salis ammoniaci cras-  
 sifuscule triti . . . . . *unciam unam*  
 Stent in infusione in vase aurichalceo quantum erit necesse  
 ut ceruleum colorem aqua acquirat liquor filtro clarus fer-  
 vetur ad usum.





## DE TARTARO.

### CREMOR TARTARI.

- ℞. Tartari crudi albissimi pulverifati . . . *q. v.*  
 Immitte in ollam terream vitreatam igni impositam cum aquæ  
 limpidissimæ . . . . . *q. v.*  
 Ad tartari dissolutionem, tartaro omnino dissoluto liquor co-  
 letur per manicam hipocratis, dimidioque liquoris ignis be-  
 neficio abstracto in loco humido per aliquot dies colloce-  
 tur, liquorem per inclinationem effundendo & iterum eva-  
 porando & crystallos separando, idque toties repetendo  
 donec crystallos dare neget, quas exsiccatas serua utui.

### SAL TARTARI.

- ℞. Tartari albi crudi ad albedinem calcinati *q. v.*  
 Coquatur in olla cum  
 Aquæ limpidissimæ . . . . . *q. s.*  
 Ad tartari dissolutionem, liquor filtretur, & in vase vitreato  
 ad siccitatem evaporetur, sal vero residuum in vase obtura-  
 to fervetur.  
 Hoc sale utendum pro oleo tartari per deliquium confi-  
 ciendo.

### SIC ALITER PARATUR.

- ℞. Tartari albi crudi  
 Nitri puri . . . . . *ana ... part. æq.*  
 Pulverifentur & in patella terrea admoto carbone ignito  
 detonentur, materia residua post deflagrationem in aqua ca-  
 lida dissoluta filtretur & evaporetur ad siccitatem.  
 Hoc modo paratum inservit pro spiritu salis volatilis oleoso  
 parando.

### OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

- ℞. Salis tartari per calcinationem parati . . . *q. v.*  
 Imponatur manicæ hipocratis & in cella suspendatur, cui  
 paropsis subjiciatur vitrea vel vitreata & tandiù ibi relin-  
 quatur donec sal omne in liquorem sit resolutum quem ser-  
 va pro oleo tartari

*de Chymica Medicament. præparatione.* 177

*SPIRITUS VINI TARTARISATUS.*

- ℞. Tartari albi crudi . . . . . *uncias quatuor*  
 Salis tartari . . . . . *uncias duas*  
 Spiritus vini rectificati . . . . . *uncias viginti*  
 Post debitam digestionem, distillentur, bis spiritum super  
 fœces cohobando.

*TINCTURA TARTARI.*

- ℞. Salis tartari . . . . . *uncias sex*  
 Calcinetur igne violento donec ceruleus evadat, quod fit spa-  
 tiorum trium aut quatuor horarum, ferè refrigeratâ massâ & è  
 crucibulo exempta teratur & huic pulveri adhuc calenti su-  
 per affunde  
 Spiritum vini rectificatum ad supereminentiam trium digito-  
 rum, digerantur donec colore rubro satis saturatus appareat.

*TARTARUM VITRIOLATUM.*

- ℞. Olei tartari per deliquium . . . . . *q. v.*  
 Intilletur successivè huic guttatim oleum vitrioli rectificatum  
 donec nulla amplius fiat effervescentia, dein fiat lento igne  
 evaporatio ad siccitatem & vase benè obturato conserva.


*TARTARUM SOLUBILE SEU  
 SAL VEGETABILE.*

- ℞. Cremoris tartari . . . . . *uncias octo*  
 Salis tartari per calcinationem parati . . . . . *uncias quatuor*  
 Seorsim pulverisatis, mixtis, & ollæ terræ vitreæ vitreatæ impo-  
 sitis superaffundantur  
 Aquæ fontis claræ . . . . . *lib. tres*  
 Bulliant donec materia dissoluta sit, liquor percoletur & ad  
 siccitatem evaporetur, sal in fundo residuum serva.

*TARTARUM CHALTBÆATUM.*

- ℞. Tartari solubilis . . . . . *uncias quatuor*  
 Tincturæ martis aperitivæ . . . . . *uncias sedecim*  
 Evaporentur simul igne arenæ in vase terreo vitreato ad  
 humidi exhalationem, pulvis griseus post evaporationem re-  
 manens vase idoneo ritè obturato conservetur.

Y y

178 *Classis decima - quinta,*

## D E S A L E.

## S A L I S D E C R E P I T A T I O.

- ℞. Salis communis . . . . . *q. v.*  
 Inde vasi terreo non vitreato super carbones accensos collocato, spatulâ ferreâ continuo movendo donec sal crepitare desinat.

## S P I R I T U S S A L I S.

- ℞. Salis exsiccati & pulverisati . . . . . *lib. sex*  
 Argillæ pulverisatæ . . . . . *lib. octo*  
 Ex iis simul mixtis, adjectâ aquæ communis . . . . . *q. s.*  
 Formentur globuli parvi, quos exsiccatos inde retortæ terreae fatis amplæ ad medietatem tantum & adaptato amplo recipiente datoque igne primum lento, phlegma ascendet & vaporibus albis apparentibus aquam inspidam in recipiente contentam projice & iterum recipiente collo retortæ adaptato, optimeq; lutato, ignem gradatim auge, ultimo fortiolem & indefinentem quousque omnis spiritus prolectus sit, qui servandus.

## S P I R I T U S S A L I S D U L C I S.

- ℞. Spiritus falis acidi . . . . . *uncias tres*  
 Vini rectificatissimi . . . . . *uncias novem*  
 Indantur cucurbitæ vitreae capitello munitæ & matraccio ad collum adaptato ex arenâ distilla igne primum lento donec omnis vini spiritus sit prolectus, tandem igne aucto spiritus falis eliciatur cautè procedendo ne cucurbita frangatur, refrigeratis omnibus, spiritum denuo distilla ut dictum est, idque toties repete donec spiritum dulcem fragrantissimi odoris & limpidissimi coloris nanciscaris.

## S P I R I T U S S A L I S C O A G U L A T U S.

- ℞. Salis absinthii depurati . . . . . *unciam unam*  
 Spiritus falis rectificati . . . . . *unciam unam & semis*  
 Coagula suâ arte

## S A L I U M E X P L A N T I S P R Æ P A R A T I O.

## S A L E S S E N T I A L E.

- ℞. Plantæ cujusvis recentis & succo prægnantis quantitatem magnam, concisæ contundantur in mortario lapideo & coquantur cum aquæ communis *q. s.* tum fortiter exprimatur decoctum & per pannum coletur, quod clarificatum coque leviter ad consistentiam mellis liquidioris, tum repone in

*de Chymica Medicament. præparatione. 179*

cellam per plures dies & in fundo vasis concreſcent cryſtalli quæ à ſucco ſeparatæ & exſiccatæ ſerventur in phialâ obturatâ.

*SAL FIXUM EX PLANTIS.*

Herbæ ſiccatae exuruntur in cineres, ex quibus affuſâ aquâ purâ & calidâ ad omnis falſedinis extractionem fiat lixivium, quod filtrandum & in vaſe fictili lento carbonum igne in ſal evaporandum, quod ſi purius expetatur, aliquoties iterum ſolvendum, filtrandum & evaporandum ut planè album & mundum evadat.

*SPIRITUS, SAL VOLATILE,  
ET OLEUM CORNU CERVI.*

- ℞. Cornu cervi in fruſta redacti & conquaſſati *q. v.*  
Indatur retortæ vitreæ aut terreæ cujus orificium ſit amplum, cui recipiente appoſito inſtituatur diſtillatio, igne præimum leni ut phlegma prodeat, quo ſenſim ad tertium gradum adaucto, ſpiritus, ſal volatile, & oleum diſtillari incipient continuetur diſtillatio, donec nihil amplius prodeat, peractâ operatione, ſal ramorum ſpecie, recipientis lateribus adherens collige, ſpiritus verò ab oleo ſeparandus & rectificandus: tum oleum & ſal cucurbitæ vitreæ capitello cæco munitæ injice & adjectâ aliquâ capitis mortui [ à precedenti diſtillatione reſidui ] portione, inſtituatur igne lento ſublimatio, ſic ſal inſtar nivis ſublimatum colliges, oleum verò in cucurbitâ remanens per retortam igne aperto rectificabis: & ſic procedendo ſpiritus volatilis, nec non ſal volatile nullo foetore ingrati extrahentur, qui in vitris ſeparatis ritè coopertis conſervabuntur.

*Eodem modo.*

Diſtillantur ſpiritus, ſal volatile, & oleum

E cranio humano

Succino & ſimilibus

*FLORES BENZOINI*

- ℞. Benzoini optimi craſſiuſculè pulti . . *q. v.*

Impleatur tertia pars ollæ rotundæ cono chartaceo munitæ, igne leni inſtituatur ſublimatio, quæ dimidiæ horæ ſpatio peragetur, flores capitello inſtar nivis adherentes colligantur & novo appoſito cono flores iterum ſublimati colligendi, idque toties repetitur, quoties flores albi elevari poſſunt,





# INDEX GENERALIS HUJUS PHARMACOPŒIÆ.

A			
<b>A</b> Cetum quid ?		<i>Aqua byssopi</i>	49
<i>Acetum antipestilentielle</i>	60	<i>Aqua lactis alexiteria</i>	51
<i>Acetum rosaceum</i>	61	<i>Aqua lavendula</i>	54
<i>Acetum sambucinum.</i>	61	<i>Aqua liliorum convall.</i>	54
<i>Acetum scilliticum</i>	60	<i>Aqua melissa</i>	49
<i>Acetum stillatium</i>	60	<i>Aqua melissa compos.</i>	52
<i>Acuere quid ?</i>	34	<i>Aqua mellis</i>	50
<i>Æthiops mineralis.</i>	164	<i>Aqua mentha</i>	49
<i>Agaricus trochiscatus</i>	121	<i>Aqua naphe</i>	54
<i>Alkermes mineralis</i>	168	<i>Aqua nympha</i>	49
<i>Alkacst glauveri</i>	174	<i>Aqua papaveris errat.</i>	49
<i>Aluminis preparatio</i>	157	<i>Aqua petroselini</i>	49
<i>Amalgamare quid ?</i>	34	<i>Aqua phagedenica</i>	164
<i>Animalia usualia</i>	25	<i>Aqua plantaginis</i>	49
<i>Animalium partes</i>	25	<i>Aqua portulacæ</i>	49
<i>Antidotum quid ?</i>	105	<i>Aqua prophylactica</i>	61
<i>Antibecticum poterii</i>	162	<i>Aqua seu essent. Rabelli</i>	171
<i>Antimonium diaphoret.</i>	165	<i>Aqua rosarum</i>	50
<i>Aqua usuales</i>	2	<i>Aqua salvia</i>	49
<i>Aquarum divisio</i>	48	<i>Aqua sapphira</i>	175
<i>Aqua absinthii</i>	49	<i>Aqua saxifragia</i>	49
<i>Aqua arthemisia</i>	49	<i>Aqua scabiosa</i>	49
<i>Aqua asparagi</i>	48	<i>Aqua scordii</i>	49
<i>Aqua antapoplectica</i>	58	<i>Aqua scorsonera</i>	49
<i>Aqua antiphibifica</i>	51	<i>Aqua spermatis ranar.</i>	50
<i>Aqua bardane</i>	48	<i>Aqua styptica</i>	170
<i>Aqua benedicta Rulandi</i>	169	<i>Aqua iberiacal. camp.</i>	54
<i>Aqua betonica</i>	49	<i>Aqua iberiacal. compos.</i>	59
<i>Aqua borraginis</i>	48	<i>Aqua iberiacal. simpl.</i>	54
<i>Aqua buglossi</i>	48	<i>Aqua tussilaginis</i>	49
<i>Aqua cardui benedicti</i>	48	<i>Aqua verbenæ</i>	49
<i>Aqua camomilla</i>	49	<i>Aqua ulmaria</i>	49
<i>Aqua camomilla compos.</i>	52	<i>Aqua cordiales</i>	33
<i>Aqua chelidonii</i>	48	<i>Aqua pleuritica</i>	33
<i>Aqua cichorii</i>	48	<i>Arcanum duplicatum</i>	170
<i>Aqua cinnamomi</i>	52	<i>Affationes simplicium</i>	157
<i>Aqua euphrasie</i>	49	<i>Affervatio simplicium</i>	39
<i>Aqua florum sambuci</i>	49	<i>Axungia officinales</i>	25
<i>Aqua florum tilia</i>	54	<i>Axungiarum preparatio</i>	156
<i>Aqua fœniculi</i>	49	B	
<i>Aqua fortis</i>	170	<b>B</b> <i>Alsama</i>	22
<i>Aqua graminis</i>	49	<i>Balsamum quid ?</i>	127
<i>Aqua hermetica</i>	47	<i>Balsamum antapoplectic.</i>	133
		<i>Balsamum arces</i>	133

## INDEX

Balsamum leucatelli	133	Coquere quid ?	35
Balsamum polychrestum	135	Coralliorum preparat.	155
Balsam: sulphuris anisatum	134	Coruu cervi preparatio	156
Balsamum juniperinum	134	Coruu cervi philosop. preparatio	156
Balsam: sulphuris Rulandi	135	Cortices arantior. condit.	94
Balsam: sulphur: terebinthin.	133	Cortices citrior. condit.	94
Balsamum viride	134	Cortices officinales	6
Balsamum vite	135	Cranii humani preparatio	156
Balsamum vulnerarium	134	Cremor tartari	176
Benedicta laxativa	101	Cribrare quid ?	35
Bexoardicum minerale	167	Crocus maris aperit.	159
Butyrum antimonii	167	Crocus maris astring.	160
Butyri maialis preparat.	156	Crocus metallorum	165
		Crystallizare quid ?	35
<b>C</b> Alcinare quid ?	34		
Candizari quid ?	34	<b>D</b> Ecantare quid ?	35
Cariocostinum	115	Decoctum quid ?	43
Catholicum	99	Decoctum amarum	45
Cementare quid ?	34	Decoctum antipleuritic.	44
Ceratum quid ?	145	Decoctum carminativum	46
Ceratum mammillare	154	Decoctum clysteris	46
Cinnabaris antimonii	167	Decoctum foresti	43
Circularare quid ?	34	Decoctum hordei	43
Clarificare quid ?	34	Decoctum laxativum	45
Coagulare quid ?	35	Decoctum mercuriale	47
Cochleare quid ?	40	Decoctum pectorale	45
Coobare quid ?	35	Decoctum vulnerarium	44
Colare quid ?	35	Decrepitare quid ?	35
Collectio simplicium	28	Dephlegmare quid ?	35
Concharum preparatio	155	Despumare quid ?	35
Condire quid ?	35	Destillare quid ?	35
Conditum quid ?	93	Detonare quid :	36
Confectio alkermes	105	Diacarthamum	104
Confectio hamech	102	Diaphœnicum	101
Confectio hyacinthorum	106	Diaprunum compositum	101
Conficere quid ?	35	Diaprunum simplex	100
Congelare quid ?	35	Diarrhodon abbatis	111
Congius quid ?	40	Diasco: dium fracastor.	106
Conserva quid ?	93	Diatragacanthum frigid.	114
Conserva absinthii	94	Digerere quid ?	36
Conserva anthos	94	Dispensare quid ?	36
Conserva betonica	94	Dissolvere quid ?	36
Conserva calendula	94	Drachma quid ?	40
Conserva flor. arantior.	95	Dulcorare quid ?	36
Conserva flor. tunicar.	95		
Conserva hyssopi	95	<b>E</b> Boris preparatio	156
Conserva lavendula	95	Electuarium quid ?	99
Conserva lilior. conual.	95	Electuarium catholicum	99
Conserva rosar. pallid.	95	Electuarium diacartham:	104
Conserva rosar. rub.	95	Electuarium diaphœnic:	101
Conserva salvia	94	Elect. diaprun. compos.	101
Conserva melissa	95	Elect. diaprun. simplex	100
Conserva tilia	95	Elect. diacolocymbidos	103

## INDEX

<i>Elect. hydragogum sflu :</i>	104	<i>Extractum ruia</i>	69
<i>Elect. de succo rosarum</i>	104	<i>Extractum vulnerarium</i>	73
<i>Elect. de hieva simpl.</i>	103	<b>F</b>	
<i>Elixir quid ?</i>	63	<b>F</b> <i>Arina quatuor</i>	33
<i>Elixir amarum</i>	68	<i>Fasciculus quid ?</i>	41
<i>Elixir proprietatis paracels.</i>	68	<i>Fermentari quid ?</i>	36
<i>Elixir absque acido</i>	68	<i>Filtrare quid ?</i>	37
<i>Elixir stomachale</i>	68	<i>Fixare quid ?</i>	37
<i>Emplastrum quid ?</i>	145	<i>Flores antimonii</i>	167
<i>Emplastrum ad herniam</i>	149	<i>Flores benzoini</i>	179
<i>Emplastrum de betonic.</i>	146	<i>Flores cordiales</i>	32
<i>Emplast. carminativum</i>	152	<i>Flores officinales</i>	6
<i>Emplastrum de cicuta</i>	147	<i>Folia &amp; herba</i>	8
<i>Emplastrum diabolitanum</i>	148	<i>Fruetus officinales</i>	14
<i>Emplast. diachyl. gummata.</i>	145	<i>Fumare quid ?</i>	37
<i>Emplast. diachyl. simpl.</i>	145	<i>Fundere quid ?</i>	37
<i>Emplastrum diapalma</i>	145	<i>Fungi usuales</i>	16
<i>Emplastrum divinum</i>	147	<b>G</b>	
<i>Emplastrum mammillare</i>	154	<b>G</b> <i>Alreda quid ?</i>	93
<i>Emplastrum de meliloto</i>	149	<i>Gelatina quid ?</i>	93
<i>Emplastrum de mucilag.</i>	146	<i>Gelatina berberorum</i>	96
